



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1842

XXXIV. Der Carmeliter-Prior zu Perleberg nimmt den Heitkaland in die
Genossenschaft der guten Werte seines Ordens auf im Jahre 1480.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

voluntatis bone memorie quondam domini Michaelis tïden, perpetui vicarii in Ecclesia Magdeburgensi, sui patris, cum quibusdam aliis — executor testamentarius et eo nomine quondam perpetui beneficii ecclesiastici fundacionis literam domini Nicolai roer, plebani in prißwalk, et trium dicti domini Michaelis testamentariorum — exhibuit et quatenus memorati beneficii fundacioni Necnon dicti domini testatoris ac ipforum pie intentioni — nostram ordinariam confirmationem insignire et adiuuare dignaremur — humiliter supplicauit. Cuius quidem littere tenor — est talis: In Nomine Domini Amen. — pateat euidenter, Quod ex quo olim dominus Michael tïden, perpetuus in Ecclesia Magdeburgensi vicarius, In vltima sua voluntate siue testamento quoddam perpetuum beneficium ad altare aliquod in parochiali ecclesia opidi prißwalk haelbergensis dyocesis, ad laudem omnipotentis dei et honorem et venerationem beatorum Bartholomei et Mathei apostolorum ac Mauricii et sociorum eius consecrandum, fundari dotarique — ordinauit. Nos Vincentius tïden, maioris, dyoniusus storbeke, sancti Sebastiani Magdeburgensium Ecclesiarum Canonici, et heyno tïden, opidanus dicti opidi prißwalk, praefati olim domini michaelis tïden testatoris testamentarii, — quoddam perpetuum beneficium simplex et sine cura ad altare quoddam in australi parte prope summum altare dicte parochialis ecclesie prytzwalkcensis construendum et consecrandum, de expresse Venerabilis viri domini Nicolai roer eiusdem parochialis Ecclesie rectoris consensu, In honorem praefatorum sanctorum Bartholomei, Mathei, Mauricii et sociorum eius, nomine dicti olim domini testatoris et pro eo ac sue, parentum, amicorum et benefactorum suorum animarum salute fundamus et in titulum perpetui beneficii quantum in nobis est erigimus. Necnon decem florenorum renensium annui census apud Consulatam in Ratenow, Brandenburgensis dyocesis, pro ducentis florenis et octo florenorum etiam annui redditus apud Consulatam in Tangermundis, halbirstadtensis dyocesis, etiam pro ducentis florenis similibus, per sepefactum olim dominum Michaelem tïden sub redemptione, prout in litteris desuper datis plenius continetur, comparatis, dotamus. —. —. — Datum prytzwalk, Tercia feria post omnium sanctorum anno Domini M^o. CCCC^o. LXX primo. Nos igitur hermannus vicarius et officialis antedictus diuini cultus augmento toto conamine intendentes, petitioni praefati domini Vincentii tanquam iuste facte et rationi confone duximus annuendum —. —. Datum et actum in Castro Wistock Sub anno a Natiuitate domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, Indictione Quarta, die vero Mercurii, Sexta mensis Nouembris, pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri, domini Sixti diuina prouidencia pape Quarti Anno primo, presentibus ibidem honorabili et discreto viro domino hinrico Wilkini et Joachim badeker, clericis haelbergensis dyocesis, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

Et ego petrus houeman, clericus Haelbergensis dyocesis publicus sacra Imperiali auctoritate Notarius, quia praefatis fundacioni, petitioni, exhibitioni et confirmationi omnibusque aliis premissis dum sic ut premittitur fierent et agerentur, vna cum prenominatis testibus praesens interfui, etc.

Nach dem Original.

XXXIV. Der Carmeliter-Prior zu Perleberg nimmt den Heitkaland in die Genossenschaft der guten Werke seines Ordens auf im Jahre 1480.

Pater Martinus Tregolf, humilis prior Conuentus perlebergensis, ordinis Gloriosissime dei genitricis virginis marie de monte Carmeli, Dilectis nobis in christo Venerabilibus dominis domino decano

ceterisque confratribus fraternitatis kalendarum, dieti Heitkalant, Salutem etc. —. Qua propter qua fungimur auctoritate omnium missarum, orationum, Vigiliarum, Jeuniarum, abstinentiarum ceterorumque omnium bonorum operum, que per nos et fratres nostros operari dignabitur diuina clementia saluatoris, Vos participos facimus in vita pariter et in morte, recipientes vos ad nostram fraternitatem, impertiendo vobis indulgentias ordinis nostri, quarum summa talis est: Quingenti anni, decem nouem anni, Quingenta Quadragene, Quadraginta nouem quadragene et quadraginta dies, Super quas indulgentias vndecim Summi pontifices, videlicet adrianus secundus, Stephanus quintus, Sergius tercius, Johannes decimus, Johannes vndecimus, Sergius quintus, Innocentius quartus, Clemens tercius, alexander secundus, Gregorius quintus et Gregorius septimus, omnibus humilibus fraternitatem ordinis nostri terciam partem omnium peccatorum in domino relaxarunt, adiicentes nichilominus de gratia spiritali concedentes, ut cum obitus vestri memoria in nostra Conuentali cappella fuerit recitata, Idem pro vobis fiat, quod pro nostris defunctis fratribus communiter fieri est consuetum. In cuius rei testimonium Sigillum nostri prioratus officii presentibus est appensum anno Domini Millefimo Quadringentesimo Octuagesimo, In die Calixti pape.

Nach dem Original.

XXXV. Fundation des Lehns der Studenten oder des Thiedeschen Stipendii zu Pritzwalk im Jahre 1478.

In deme Nahmen Jesu unfers Seligmachers, uppe dat sodane nabeschreven schillinge, in milder andacht angefaht, ein gut anbeginne und ein bestentlich unde unverbrenken vortgangek gewinnen möge, deme allmächtigen Gade tho leve, deme gemeinen tho Pritzwalck tho nütte, hebben wi Vincentius Tyden, Domhere in der Kercken Magdeborg, und heine Tiden borger tho Pritzwalck begrepen dese gegenwärtige Schrift und Fundacio, darinne und dorch wie anheuen, grundfesten, bestedigen unde macken eine Almisse Commende este Beuelinge vor einen Studenten, nach mate unde wise hir na folgende, tho welckerer Beuelinge este Commenden bescheiden, geuen und voreinigen wi vorsehreen Vincentius und heine Tiden vorenant in sonderlicher Vollmacht und dartho von seliger herrn Michael Tyden vicario do he an deme leuende was, in der genanten Kercken Magdeborg bevülen und gegeuen, Achtein gulden Jarlicke Renthe by den Erfahmen wisen herrn Borgemeistern und Rathmannen und gantzen gemeinen der Nienstadt Brandenburg by der Haueln, vor 400 gulden rinfch, up einen wedderkop gekoft, so dat ere breff darauer gegeuen Klerlicker inholdet, mit der houetsummen und aller rechtigkeit, also de genante seliger herr Michael, da he am leuende was, daranne hadde und hebben muete, unde de genanten Renthe edder wen de afgekost werden, de me denne mit sodanen vorgeschreen vierhundert gulden wedderkopen mag, dar de Patronen sich umme scholen besittigen und vorderlich bewesen sollen, by düser vorgeschreen Commenden ewiglichen bliuen unverricket, doch unshedelick darane, oft etlich arbeit, moyje und unkoft worde entfande der renthe este houetsummen haluen, dat dat möge den renthen redelicker wise aueghan. Sodane renthe und hovetsummen schullen und mögen de studente de thor tidt dartho gekohren wert, unde de Patronen gelick sakeweldig sambtliken und besondern wo ent dat bequemest dänket, manen, vorderen und heven under unfer edder unfer ein Jngesegel unde Quitancie, dewile wi am leuende sint, und nach unferme tode under der Erfahmen Schepen tho Pritzwalck Jngesegle unde Quitancie. Darvor scholme deme geuen der sülfen Schepen Schriver twe mar-